

legis, & inventari, nihilominus cum de bonis in eo rescriptis sufficiens ratio nunquam reddita fuerit, tenetur de proprio ad solutionem fructuum dicti census hereditarij, juxta tradita per Gratian. *dispos. servent.* 981. n. 37. Card. de Luca tradita per Gratian. *dispos. servent.* 981. n. 37. Card. de Luca de *mandato ad servent.* 31. n. 6. Surd. *dec.* 222. n. 2. Gregor. *dec.* 496. n. 2. Bich. *dec.* 469. n. 6. & *dec.* 402. n. 2. Eminentissimus Cerros *dec.* 720. n. 9. Priolo *dec.* 374. n. 7. & Cell. *dec.* 3. n. 2. & *dec.* 350. n. 2.

Nec subsistit, quod d. census fuerit nullus, utpote impostus super Cafali Teste leporis subiecto antiquo fidei commisso per quondam Horatium Gricellarium seniore ordinato cum archissima prohibitione alienationis honorum, ac ejusdemque detractionis etiam legitima, servata cautela Sociati, tum quia impositio legitur facta per Ferdinandum ad effectum solventi certas ratas pensionum, pro quibus idem Horatius dederat cedulas Bancarias, sicque pro extinguendo ere alieni fidei committenti, pro quo valide ab hæred gravato census imponi possunt super bonis fidei commisso etiam particulari subiectis, ad *tex. in leg. filius Familias* 119. §. *Adivi* 2. ad *finem*, ff. de *leg. 1.* Peregrin. de *fidei commisso*, art. 42. n. 18. & Rota in terminis obligationum censuum impositis super hoc eodē Cafali de Testa de *lepre*, in *dec.* 370. et *primo vers.* *sed fuerit per* 17. et *dec.* 122. n. 4. et 5. *part. 8. rot. tum magis* quia cum Ferdinandus, & Aloysius de Gricellariis Impositores census promiserint fundum censum liberum, & exemptum a quocunque onere fidei commisso, & in quocunque contracto casu molestiarum, seu vinculi, se adstrinxerint ad omnia damna, & interesse, tenentur utique illorum hæredes ad fructus dicti census, si non uti fructus, saltem uti damna, & interesse, ut firmiter Tiraquell. de *leg. comm. glof.* 8. n. 35. et sequent. Card. de Luca de *consensu d. servent.* 3. n. 4. *Cenc. de censu* q. 1. n. 14. et *seq. quæst.* 88. *post. n.* 15. Ovard. *eodem tractat.* §. 1. *quæst.* 26. in *fin.* & Rota *dec.* 549. n. 4. et *segg.* post eundem *Consensu de censibus*, et *dec.* 46. n. 11. *part.* 7. *ver.* & noviss. in Romana census 26. Junii 1624. §. *Non obstat primum*, coram Rev. Dom. meo Decano.

Parum obstant, quod creditor census scientiam haberit fidei commisso, & prohibitionis alienationis, qua stante fructus nec etiam ratione damnorum, & interesse peti de jure valent, ad tradita per Rot. post *Cenc. de cens.* 45. n. 1. et per Rot. et in *rec. dec.* 178. n. 6. p. 4. et *dec.* 336. n. 5. *part.* 19.

Quia tantum abest, quod præsentia scientia creditoris probet de tempore celebrati contractus, ut potius de contrario aperiendum consistit ex lectura instrumenti census in quo illius impositores cum juramento fundum liberum, & exemptum a quocunque vinculo, & in specie fidei commisso, & ad ipsos pleno jure spectate, quibus stantibus creditor dicitur in bona fide versatus in initio contractus ejusque ignorantia de eo tempore suffragatur ad effectum, de quo agitur, nulla habita ratione scientie, quatenus ex possessione super venerit, ut probant autoritates plenè relatæ per *Cencium de cens.* q. 1. n. 36. Card. de Luca *trakt. de censu*, d. s. 113. *num.* 2. *d. s. 31.* per Rot. & Rota *dec.* 47. *numer.* 4. post Merlin. de *pignor.* coram Royas *dec.* 458. *num.* 5. & optime in *dec.* 266. *num.* 13. *part.* 14. *reventiarum*.

Multo minus subsistit, quod census remanserit extinctus, quando dicti Cafale Teste leporis, in quo erat impositus, venditum fuit Domina Olimpia Pamphilia pro solventibus debitis prædictorum de Gricellariis, cum speciali Chirographo S.M. Innocentii X. cujus vigore cum id. fundum liberatus exierit ab omnibus oneribus, & hypothecis, ista translata fuerint super pretio de sui natura nequaquam frustrifero, census ex tunc omnino cessavit, juxta firmata in specie per Rotam in *dec.* 260. *part.* 14. *reventiarum* repetita post *Cencium de censibus* *dec.* 448. *reventiarum* liberatio fundi à censibus, & hypothecis, fuit à Summo Pontifice facta ad effectum, ut emptor esset securus à molestiis creditoris venditoris, & translatio onerum, & hypothecarum super pretio, istiusque subrogatio demandata formodo quo ad effectum, & exercitium onerum realium, & hypothecarum, & ut creditores possint, & debeant eas dirigere contra bona subrogata, non autem ut census extinguerentur in præjudicium creditorum, quibus fuit jus quærentium census enim, & obligationes respectu debitoris, remanent in hoc casu in suo esse primævo, & frustrifero, ut optime Rota firmavit in *dec.* 445. coram Gregor. & in *dec.* 238. *num.* 11. & *segg.* coram Priolo, & in *dec.* 325. *num.* 18. & 19. coram Peuting. & *dec.* 326. *num.* 4. & 5. *part.* 12. *revent.*

Potissimum cum Summo Pontifice in dicto chirographo non tantum non demandaverit censuum extinctionem ipso jure per liberationem prædictam, sed expresse remiserit facultatem extinguendi ad arbitrium, tam venditoris, quam

emptoris, & certum præscribit legitimum modum cogendi creditores nolentes, & recusantes pecuniam recipere, scilicet interpellando illos ad sortem recipiendum, & pretium deponendo in Sacro Monte Prætarium, ut liquet ex lectura dicti Chirographi dati in summario Rea convente numero 2. Unde cum hæc forma non fuerit servata adversus Blancum creditorem, illius census remansit in suo esse, & fructus ex illo debentur, ut advertit Rota in *dec.* 232. *numer.* 2. usque ad 7. coram Priolo, & in aliis superius allegatis.

Quibus non advertatur *dec.* 260. *part.* 4. quia in illius casu aderat motus proprius specialis Summi Pontificis, in quo dabatur facultas specialis iudicibus deputatis cogendi creditores ad recipiendum pretium, vel investimentum, & eis recusantibus, declarandi fructus amplius non currere, sicque non adaptatur casui præsentem, in quo Breve S.M. Innocentii V. diversam formam præscribit, quemadmodum observavit Rota in *dec.* 266. *num.* 6. & *segg.* & signanter *num.* 10. *part.* 14. *revent.* ubi dicta decisio sic declaratur.

Indeque eliditur altera obiectio ex eo desumpta quod dicit de Blanchis creditor census, cum se verit fundi venditionem, quod ipse esset in lista creditorum, quibus solventur erant pretium, & recusatur recipere, curando se de lista deleri, & amiserit jus consequendi fructus dicti census etiam ratione damnorum, & interesse, si illum remanserit penes ipsum actio pro sorte principali census, qui extunc remansit omnino extinctus, ut articulo ad partes dispendio resolutum fuit in *dec.* 336. *numer.* 2. & sequenti, & per *cutam* *part.* 14. *reventiarum*.

Quoniam cum ex iam dictis in Chirographo S.M. Innocentii Decimi datus fuerit certus modus cogendi creditores nolentes, & recusantes pecuniam recipere, quod scilicet prævia intimatione pretium deponerent in sacro monte Pietatis, istaque modus servatus non fuerit, cum dictis de Blanchis nunquam fuerit interpellatus, nec factum depositum sortis unquam cum fructibus decursis, census non remansit extinctus, sed adhuc viget, tametsi illius Creditor de prædictis aliunde scientiam præfama habuerit, Rot. *dec.* 1474. *num.* 3. coram Seraphino, & *dec.* 425. n. 7. coram Gregorio, & *dec.* 57. *num.* 10. *part.* 4. *reventiarum*, tom. 3. & coram Sanctissimo Domino Nostro *dec.* 26. & *numer.* 3. & *dec.* 266. *numer.* 1. & 2. *part.* 14. *revent.*

Denique ad evitandam executionem mandati contra bona propria R. P. D. Benini hæredes dicti Ferdinandi Debitoris, quidquam professe non videbatur, quod idem R. P. D. Beninus in transactioe inita cum Equite Horatio de Riscafolis, & Comite Francisco Bentivoglio tenim dictis fidei commissarii quondam Horatii Fernioris, essent ad eorumdem bona hæreditaria Ferdinandi, & inter cetera hæredes ignovissent omnia debita ejusdem Ferdinandi, & si esse accollaverint omnia debita ejusdem Ferdinandi, nec licet non sufficiens reddito rationis de bonis prædicta hereditaria, nec liberatio five exemptio ejusdem hæredis à solutione debitorum hæreditariorum, cum hæres non posset in præjudicium Creditorum qualiteram hæreditariorum per additionem jam semel quaesitam à se abdicare, nec illis invidis bona & actiones passivas in alios transferre; sed semper remansit adstrictus ad onera, & obligationem per dictam additionem cum creditoribus contractat, ut docent Oleari de *cess. jur. titul.* 2. de *questiõ.* 3. *num.* 43. Concilii de *hæreditate* art. 1. *num.* 526. Cardinalis de Luca de *leg. d. cursu* 43. *numer.* 8. Rota *dec.* 847. *numer.* 7. coram Baruff. & *dec.* 166. *num.* 26. *part.* 19. *reventiarum*.

Idque procedit, tametsi Cessionarii in se accollaverint hujusmodi censum, & ab eis creditores fructus exegerint. Nam cum accollatio non immutet, neque ledat primævam obligationem debitoris, nisi ex presentia, & consensu creditoris in ipso acta accollationis transsit in tractum veræ delegationis, cujus requisita hic non concurrunt, creditor potest agere contra omnes obligatos, & contra quem maluerit ex eis, atque ita exigendo fructus ab accollataris, non liberat primam debitorem, neque adversus illum actionem creditoris remittit, ut in his terminis Rota in *dec.* 845. *num.* 6. coram Dunozet. jun. & *dec.* 178. *sub* *numer.* 13. & 14. coram Eminentissimo Cerro, uti alii concordantes.

Et ita utraque parte &c.

URSINO.
Romana Censur.
Luna 3. Julii 1690.
ARGUMENTUM.
Debitor Census, qui Census impositus super re fidei commisso obnoxia, quam liberam esse asseruit, tenetur ad fructus

fructus loco damnorum, & interesse. Compensatio in sorte principali Census non admititur, nisi expresse accepta Debitoris voluntas.

S U M M A R I U M.

Hæres tenetur de proprio, si non reddiderit rationem. Debitor census tenetur ad fructus loco damnorum, & in interesse, si census impositus super re fidei commisso obnoxia, & hypothecari prohibita, & assensu esse liberam.

In sorte census non admittitur ipso jure compensatio, nisi accepta expressa creditoris, & debitoris voluntas.

Census extinctus solum cadit inter creditores, & debitorem, non autem cum creditoribus debitoris.

D E C I S I O VII.

In examen decisionis editæ coram me sub die 14. Aprilis proxime præteriti, hodie Patribus sedulo inquirentibus nihil adversus occurrit, quod eas de decisio retrahere valeat. Siquidem jure merito in ea demandata videbatur executio mandati A.C. contra bona hereditaria Ferdinandi Gricellarii, sed executio etiam contra bona propria Reverendiss. P. Dom. Benini, & Ven. Archiconfraternitatis S. Joannis Decollati hæredum ejusdem Ferdinandi, cum ad satisfactionem fructuum de quibus agitur, teneri & obligata esse bona hereditaria dicti Ferdinandi, pateat ex publico instrumento impositionis census, aliis impositi ad favorem Marci Antonii de Maximis, cujus est hæres Joseph de Blanchis Actor. Bona autem propria Rev. P. Dom. Benini & Archiconfraternitatis, ex additione hereditatis ejusdem debitoris, quæ & si facta fuerit cum beneficio legis & Inventarii, non impedit tamen, quir mandatum exequatur contra bona propria, donec & quocumque de bonis hereditariis impositis legitima non fuerit reddita ratio, ut firmiter præterita hujusmodi *Decisio* in §. *Validitas*.

Nec census, cujus ratio fructus petuntur, redargui valet de nullitate tanquam fundatus super Cafali Teste Leporis obnoxio euidam antiquo fidei commisso tenim dictus fundus, tametsi fidei commissarii valide possint ab hærede ipsum fidei committenti, & quatenus etiam non possint, adhuc cum Ferdinandus impositor promiserit fundum liberum, & exemptum a quocunque vinculo fidei commisso, & in casu contrario se obligaverit ad damna & interesse, tenentur illius hæredes ad fructus dicti census loco damnorum, & interesse, ut comprobatur *Decisio*, qua confirmatur in §. *Non obstat*.

Minusque idem census prætendi valet extinctus ex eo, quod Joseph de Blanchis anno 1667. in vim mandati, five decreti A.C. Aroelli in actis declaraverit se quædam loca montium, quæ præcedente receperat pro fructibus de cursum præfati census, renuntiare in eodem iudice demandata ad favorem eorumdem: sed cum hodie questio sit cum ipsomet Gricellario debitore, ejus hæredes, iste non potest de extinctione census excipere, nisi probet prævia disticta re integraliter depositisse sortem, & fructus decursos, aliaque adimplevisse, quæ præscribuntur à Constitutione S. Pii V. Unde cum prædicta loca montium à Confratibus census sortem, ac fructuum decursum summam non acquirent, neque desuper a debitore servata fuerit forma dictæ constitutionis Plainæ, evidens fit, quod census extinctio non inducit ipso jure per compensationem summæ ultra id quod fructus important, nisi accepta expressa debitoris, & consensus creditoris, & debitoris, ut articulo plenè discussio reponit Ranucci. apud *Cenc.* de *conf.* q. 88. n. 6. *vers.* *contrarium*, & idem *Cenc.* q. 101. *num.* 8. & *segg.* et q. 180. *num.* 5. alique relati per Rotam in *dec.* 316. *num.* 1. 2. et 3. *part.* 18. *revent.* Non potuit in presentem induci inter creditores debitoris, & emptorem census coactè, & motu mandati consentientem, Rot. in *dec.* 1045. *num.* 1. et 5. coram Cocc. et in *dec.* 84. *num.* 1. *p. 18. revent.* ubi alii concordant.

Et ita altera inf. &c.

R. P. D. CACCIA.
Missa Censur.
Mercurii 28. Novembris 1691.
ARGUMENTUM.
Fundus census si per Creditum anteriorem evineatur, statim Census remanet extinctus, ab ea tamen die qua

Censurarius notitiam habuit evictionis, & hoc casu licet Debitor fundum esse liberum asseruerit, adhuc fructus exigere nequit Creditor loco damnorum, & interesse. Census semel per evictionem fundi extinctus minime ex solutione fructuum facta per Debitorem reviviscit.

S U M M A R I U M.

Census statim extinguitur, si fundus census per creditorem anteriorem, cum scientia censurarii evineatur.

Evictio fundi census pro creditorem anteriorem, debentur fructus censurarii loco damnorum, et interesse, si debitor fundum esse liberum promiserit.

Hec conclusio admittitur, si creditor ignoraverit evictionem sequenti fundi.

Secus contra, et hæc est sententia magis vera, et recepta, reprobatã aliã contrariã, et *num.* 5.

Census per evictionem fundi extinctus non potest per fructuum solutionem reviviscere.

D E C I S I O IX.

Margarita, Anna Maria, & lictis consortes petierunt restitutionem in integrum adversus sententiam jam diu prolatam ab A.C. Caballeteo, in qua absoluti illos de Frangiolinis à fructibus controversi census, cumque in hodierna audientia proposuerint dubium, an constet de causis, Domini responderunt negativè.

Iusta etenim videbatur sententia, quia facultatis lapsu Hieronymo Bencario principali census debitor, omnia ejus bona, & præcisè fundus census prævio consensu fuerunt creditoribus anterioribus deliberata casu Causano d. census cessionario creditore, qui fuit gradus in 19. loco; quapropter absorpto ab hypothecis anterioribus fundo censito, census remansit sine fundo, & consequenter extinctus, ita ut nullus amplius poverit parere fructus, *Cenc.* *quæst.* 49. *num.* 6. Durad. *cap. 1.* *quæst.* 42. in *fin.* Rot. coram Duran. *dec.* 445. *num.* 9. et 20. & coram Dunozet. jun. *dec.* 414. *num.* 1. et 2. et *latè* in *dec.* 336. *num.* 1. *part.* 19. *revent.*

Non obstat, quod licet evictio fundo effectus actio in re scripta pro fructibus census, debeant tamen actione personali ratione damnorum, & interesse, cum tantum interit creditoris fundum censum fuisse liberum, & prout promiserat Bencarius, & fidei jurerat Franciolinis ad firmata per Rot. coram Dunozet. jun. *dec.* 414. n. 7. confirmata in *dec.* 461. coram Royas *dec.* 158. n. 5. cum aliisque allegatis per informantes.

Quia distinguendo inter extinctionem census per evictionem fundi censiti, secutam ignorantem creditore, & eandem secutam cum scientia ipsius creditoris, primo casu Dominis videbatur verum, quod creditor ignorans, & bona fide credens censum durare, possit exigere fructus loco damnorum, & interesse ad tradita per *Cenc.* de *conf.* q. 14. n. 1. 3. et *segg.* cum aliis ibidem plenè congestis.

Secundo vero casu postscientiam in creditore evictionis fundi censiti nullos fructus petere valet, nec tanquam census jam extincti, nec tanquam damnum, & interesse, ut late tenetur idem *Cenc.* d. q. 12. et *cod. n.* 13. et *segg.* Boccac. *cod. trakt. d.* 2. n. 44. Rot. *dec.* 449. n. 15. coram Duran. *dec.* 292. n. 14. et 26. coram Priolo, & in Romana Salviani 20. Martii 1651. coram Verospio, & late discussio articulo *dec.* 336. *part.* 2. *rec.* per Rot.

Et licet aliquando Rota tenuerit, quod creditor etiam sciens evictionem fundi censiti possit exigere fructus ratione damnorum, & interesse, ut in præcatis decisionibus coram Dunozet. jun. & Royas; tamen re maturus discussa, & funditus examina to articulo, ac recedendo à decisio coram Royas, dictam distinctionem complexa est in *dec.* 336. *part.* 19. *revent.* ubi omnibus contrariis respondet, ea scilicet duplici ratione, quæ placuit dominis, vel quia evictio fundo statim datur creditoris scienti repetitio sortis, quæ non est compatibilis cum perceptione fructuum, restitente Bulla Plaina, vel quia fors census transiit in purum creditum pecuniarium, ex quo absque nova mora nullum potest deberi interesse, ut bene advertit *Cenc.* de *conf.* q. 14. *sub* *num.* 14. *vers.* *ratione autem*, & Rot. in *dec.* 336. *num.* 9. *part.* 29. *revent.*

Necobstat, quod Franciolini post sententiam graduatoriam solverint fructus; tum quia non constat, nisi de unica solutione facta per hæredes Hieronymi de hoc negotio non bene informatos; tum & clarius, quia census per fructuum solutionem iterum reviviscere, neque in hac usurarum materia factum partium potuit reddere licitus fructus, qui verè liciti non sunt, Rot. *dec.* 228. n. 1. post *Cenc.* de *conf.* & coram Priolo *dec.* 242. n. 17. et 18.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. MOLINES.

Æsina Censur.

Luna 2. Martii 1693.

ARGUMENTUM.

Per evictionem fundi censiti Censuræ extinguuntur, & red. ditur inepus producendo fructus à die notitiæ Censuar. rii, qui si eisdem fructus exegerit, imputatur in fortem. Scientia evictionis fundi probatur ex compositione facta in iudicio concursus.

SUMMARIUM.

- 1 Sors censuræ sit repetibilis, si fundus censuræ evincatur.
2 Si fundus censuræ evincatur, non currunt amplius fructus à die scientiæ habita per creditorem.
3 Exsecuti fuerint, in fortem imputantur.
4 Confessio ad alium finem emanata non præiudicat.
5 Evictionis fundi censiti probatur ex compositione creditorum in iudicio concursus.
6 Consuarium potius gravari tam pro fructibus, quam pro sorte et remanet nuda facultas repetendi sortem, & cessat cursus usufructus, etiam nulla facta assignatione bonorum pro sorte, & fructibus decursis.

DECISIO X.

Denegetur coram R. P. D. meo, Caccia sub die 28. Novembris 1691. Ripantibus litisque confortibus restituitio in integrum adversus sententiam A. C. Caballetti, in qua favore Franciolini fideiussoris census controversi declaraturam fuit ob evictionem fundi censiti constare de illius extinctione, nulloque impostum parere fructus, scribentes pro dd. Ripantibus litisque confortibus, ad quos hodie spectat executio censuræ, si vigeret, non amplius insistentes super illius extinctione, petierunt tantum hodie, ut demandaretur restitutio sortis, quam repetibilem effectam fuisse ob d. evictionem ajebant tam ad versus principales debitoris causis, quam ad versus fideiussores. ex Salg. labyr. credit. p. 2. c. 19. n. 7. & d. n. 26. ad 21. apud Duran. decis. 449. num. 15. ver. quo fit. Dumoz. jun. dec. 14. & seq. & dec. 462. per tot. subdentes, nequaquam in fortis extinctionem cessasse fructus sorte à d. die evictionis perceptos, dum percepti fuerant sine, & cum ignorantia evictionis præfatæ.

Verùm Domini petitioni non annuentes, & approbantes adducta in decisione, que revidetur, neque sortis restitutioni locum esse censuerunt, moti, quia constitit creditoribus percepisse plures fructus controversi census post evictionem fundi censiti cum indubitata scientia evictionis d. fundi, quæ scientia stante, procul dubio fructus vel imputantur in fortem, vel restituiendi sunt à creditore, nec debentur loco damnorum, & interesse, Cenc. de cens. par. 14. n. 13. Boccac. eod. tract. p. 2. m. 44. dec. 309. num. 7. apud Cenc. dec. 449. num. 15. cor. Duran. dec. 242. n. 14. & 16. cor. Priolo, & late dec. 326. p. 19. rec. per tot.

Et quidem fructus fuisse perceptos à creditoribus post secutam fundi censiti evictionem, haud negari posse visum fuit, dum in multiplicatis exactionibus in hanc causam constat ex pluribus receptis relatis in summario Franciolini num. 3. que absque dubio probant veram, & effectivam solutionem.

Absque eo quòd probatio huiusmodi inficiari possit ex nonnullis declarationibus emissis pro parte illorum de Franciolinis debitoribus census, in quibus dictum fuit nullos fructus post evictionem fuisse perceptos; nam emanarunt ad alium finem, nempe evitandi reviviscentiam census, quam desumebant creditores ex perceptione fructuum facta post secutam evictionem; quæ profecto confessiones uti ad unum finem emisse non debent alium effectum operari, ex deductis in dec. 391. n. 11. cor. Celso.

Tum magis, quia dd. declarationes emanare potuerunt ex eo quòd tunc ignorarent heredēs debitoris fructus fuisse perceptos, quod redditur verisimile, cum ageretur de solutionibus factis per eorum auctores per seculum ante; propter quod superventa notitia solutionum ex receptis postmodum perceptis, possunt hodie Franciolini deducere contrarium, & demonstrare, quòd verè post evictionem fundi censiti percepti fuerunt fructus census.

Probat uterius à creditoribus recipientibus fructus census ad iussu scientiam evictionis fundi censiti, nam Carolinus principalis creditor, à quo causam habent Ripantes litisque Consortes, qui hodie petunt sortis restitutionem, obtinuit ann. 1591. graduari in concursu creditorum Hieronymi Bencarii principalis debitoris census, cuius sunt fideiussores Franciolini Rei conventi, eique assignatus

fuit per Iudicem concursus 19. locus in sententia graduatoria, ex quo procul dubio probatur scientia evictionis, ut in simili dixit Rot. dec. 336. num. 8. q. 1.

Nec ad aliendam scientiam evictionis fundi censiti in creditoribus census juvat adducere, quòd prima deliberatio bonorum debitoris census decerti sequita vigore d. sententiæ graduatorie, fuerit in effectuata, secunda facta non citato creditore census, quia hæc forent attendenda, si scientia evictionis desumeretur ex his deliberationibus; verum quia d. scientia deducitur ex compositione facta à creditoribus census in iudicio concursus, nulla super his deliberationibus ad hunc effectum vis fieri valet, & dum in d. iudicio concursus petierunt Creditores sibi per sententiam graduatoriam assignari locum tam pro sorte quam pro fructibus decursis, exinde cessavit cursus usufructus, & remansit solum facultas in creditores repetendi sortem, etiam nulla facta assignatione bonorum pro sorte & fructibus decursis, Salgald. in labyr. credit. quest. 1. cap. 19. num. 7. & 8. Rot. dec. 550. un. 7. & 8. coram Cerro, decis. 172. num. 10. coram Priolo.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. PRIOLO.

Æsina Censur.

Luna 18. Aprilis.

Argumentum est supra in decisione 10.

SUMMARIUM.

- 1 Deliberato fundo censito cum creditore anteriore census remanet inepus ad fructuum productionem à die, qua scientiam evictionis creditor habuit.
2 Sententia per appellationem suspensa, nullum effectum causare potest.
3 Postquam in iudicio concursus fuit factum depositum ad effectum distribuendum inter creditores, consuarium nullam aliam habet actionem, quam pro sorte, & fructibus decursis, agendi super deposito.
4 Scientia ex actu multiplicata probatur.
5 Post evictionem fundi censiti, quid valeat creditor loco damnorum, & interesse exigere fructus, antiquitus tenuit Rota.
6 Adiecta sententia fuit recessum, & id operatur, ut prior opinio nullam causare poterit bonam fidem ad effectum fructuum exigendi.
7 Usura non effectitur licita nec per consuetudinem vel legis habentem.
8 In iudicio repetitionis indubiti, effectiva, & realis debet probari solutio.

DECISIO XI.

Postquam per geminatas decisiones, alteram emanatam 28. Novembris 1691. coram Reverendissimo Mediolanensi, & alteram 2. Martii 1693. coram R. P. D. meo Molines, resolutum fuerat, sententiam A. C. Caballetti, in iudicatum transitivè, adhuc non acquiescentibus efronariis controversi census, iudicatu Rotali commissa mihi causa in gradu appellationis, & propositio hodie dubio inter partes concordato, decisum fuit non esse locum restitutioni sortis, sed repetitioni fructuum in quantitate in decisione exprimenta, & in hunc modum confirmandum esse decisionem R. P. D. mei Molines.

Ratio ita decidendi desumpta fuit, eò quòd formato iudiciali concursu super universo patrimonio Hieronymi principalis debitoris census, fuerunt omnia illius bona, & præcipue fundus census, antecursoribus creditoribus deliberata, citato Consolio tunc census creditore, qui etiam in sententia graduatoria primum locum obtinuerat: ideoque cum ex causa necessaria anteriori hypotheca fundus censiti fuerit absorptus, census remansit sine fundo, & per consequens inepus inepus ad fructuum productionem, iuxta doctrinam Bartol. & Angel. in l. 3. ff. ad ius mod. pign. vel hypoth. solut. Alex. in l. ff. parato. ff. de ius. num. 3. ff. Trebell. & cons. 45. num. 3. l. 5. Bene. de cens. q. 46. num. 1. & seq. & Rota post ipsum dec. 15. num. 10. & coram Dumozet. dec. 414. n. 1. & 2. cum seq. & coram Curan. dec. 449. num. 2. & in Rom. Vineæ 2. Aprilis 1666. f. 1. coram Eminentiſſimo Carpino.

Scribentes pro Jacobo, & litis confortibus, non negabant veritatem huius conclusionis, sed illam non applicari casu presenti ex eo contendebant, quòd deliberatio bonorum debitoris secuta fuerat ignorante, quòd liberario creditore census, & quavis citatus in deliberatione cum successiva assignatione loci in sententia graduatoria, quia ista per appellationem remansit in effectuata, subdebat proinde nullum effe-

R. P. D. URSINO.

Romana Censur.

Luna 21. Aprilis 1693.

ARGUMENTUM.

Census impositus super fundo alieno non sustinetur, licet ipse fundus ex post ad manus debitoris pervenerit; quoties tamen promissa fuerint in damna, & interesse, ea per debitorem fuerit facta assertio, quòd fundus ad seipsum spectat, census valeat in ipsius debitoris præiudicium, ac etiam sustineretur, si Dominus fundi eius præstiterit consensum.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumentum publicum facti probationem probant.
2 Via executiva competens, si ad sit obligatio cameralis, & fuerit communicata facultates A. C.
3 Post electionem unam non licet variare, nisi facta renunciatio iudicii prioris, intertati, & relictis expensis.
4 In vim obligationis competit facultas cumulandi iudicia, ne de summario alterum executivum convolvant.
5 Absque onere renunciandi viam electionem, & expensis reſcendentibus, si omnia ius fuerit generalium in commissione definitum.
6 Impositus census loco super fundo alieno, est nulla, etiam si deinde fundus pervenerit ad manus debitoris.
7 Limitatur traditio prædicta, si Dominus fundi consensum præstiterit.
8 Limitatur quoque, si cum iuramento promissa fuerint in damna, & interesse.
9 Contra tertium, nec vigore obligationis cameralis competit via executiva.
10 Census debendi nequit contra creditorem eius iuribus se tenent.
11 Cessionarius succedit in omnibus iuribus cedentis.
12 Fideiussio non extenditur de tempore ad tempus, neque de persona ad personam, nisi que de consuetudine ad contrarium.
13 Extinctio debiti facta cum precibus alienis, & subingreffio secundæ usuris, sed iste adhuc remanet obligatus favore creditorum, qui subingreffionem reportavit, & n. 14.
15 Contrarium procedit, ubi agitur de subingreffione legali, vel ubi defectus pactum, & electio iurium translatio, vel ubi creditor anterior dimittitur cum precibus propriis cedentis, sive etiam tertii, sed in liberum dominium debitoris ipsi translati, ut possit non solvere, vel de jure subſideiſſores, sive in solidum obligari accesserint contractui ad certum tempus.

DECISIO XII.

Valerius Magnus ex alieno gravatus vendidit sub die 6. Augusti 1662. quandam ejus domum cum pacto redimendi semper, & quomodocumque Guidoni Bava pro pretio scut. 1869. ea in actu stipulationis instrumenti legè convenita, ut scuta 800. remanere deberent penes ipsum emptorem pro sui cautela, reliqua vero scuta 1000. deponerentur, prout revera deposita fuerunt in Sacro monte pietatis ad effectum extinguendi census, cambia, aliæque debita anteriora, & potiori ipsius venditoris in dicto instrumento venditionis descripta, & in totum constantia sumam seuoribus 372. reportata à creditoribus cessione jurium translativa, & non extinctiva, ad favorem emptoris: in quo majori securitate tamquam principales principaliter, & insolidum cum decreto judicis, aliisque necessariis solemnitatibus, fideiussendo accesserunt Lucia de Agabitis uxore d. Valerii, nec non Gabriel Antonius, & Agatha Francisca communes filii, & Joseph Capuanus maritus dictæ Agathæ, & Gener respectivè Valerii, ut latus liquet ex summario Actricis, num. 1. juncto num. 2.

Ex solutiis autem per Bavam emptorem dd. scuris mille, eisque erogatis in extinctionem debitoris designatorum insurrexerunt ex post alii creditores eiuſdem Valerii, & idem Bava, ad effectum se eximendi à molestis illatis super domo vendita, coactus fuit alia desuper scuta 400. perſolvere, reportata pariter ab illis cessione jurium translativa, summario n. 3. Sed in dies magis magisque crescente cumulo creditorum coram A. C. pro liberatione à molestis tam contra Valerium, quam contra cæteros alios in solidum coobligatos, & mandatum obtinuit ad factum, summario n. 4. Ad cuius executionem evitandum Valerius deliberavit redimere eandem domum, ut que in actu redemptionis receptam pretii ratam restituere valeat ipsi Bava, ille illius consensu sub die

effectum evictionis causa, & nota per Salgald. in labyr. creditorum par. 1. cap. 16. n. 66. & 67. Rota apud Cenc. de cens. dec. 138. n. 7. & melius dec. 384. n. 3. & licet decretum fuerit ad aliam deliberationem, nihilominus cum in ista citatus non fuerit Consolius creditor, exinde inferebatur, quòd data in ipſo ignorantia evictionis fundi censiti, valide poterit continuare in exactione fructuum, falem ratione damnorum, & interesse usque ad integrum sortis restitutionem. Verum hæc subsistere non sunt, quia cum ad instantum omnium creditorum Hieronymi emancipator fuerat universalis census super omnibus ejus bonis, & inter istos quoque comparuerit creditor d. census, & graduari obtinuerit, tam pro sorte, quam pro fructibus, remanet in illo perneceſſe prolata scientia subſequente evictionis, non solum quia fuit citatus in deliberationibus, sed ulterius quia sciebat pretium retrahendum ex bonis deliberatis esse inter creditores distribuendum. Ideoque cum usque tunc census effectus fuerit repetibilis creditor, nulla alia actio competebat, nisi super eodem pretio agendi ad sortem, & fructus usque tunc decursis, ut dicit Rota in res. dec. 36. n. p. 19.

Non relevante, quòd in posteriori deliberatione Consolius non fuerit vocatus, quia ultra quòd defectus talis citationis non probatur adhuc, tamen scientia convincitur ex eo, quòd agitur de concursu super omnibus bonis debitoris in parva civitate eſformato, quam nulla fuisse verisimilitudo ad notitiam creditoris non devenisset, & cum in hac secunda deliberatione fuerit solummodo admittis alius oblator ad referendum, eique concesserit prælatio, cui acquievit primas deliberatarum, dici non potest primam remansisse in effectuata tam in beneficium debitoris, cum bona nunquam reversa fuerint in dominium, & propterea dicitur usque ab initio secura evictio; & demum quia ipsem creditor iudicialiter factus fuit omnia bona debitoris in se deliberata, sibi que locum assignatum; & sequitur proinde, ut ex multiplicitate rer. actum individualis scientia prolata videatur, ad nota. per Abb. in sep. cum Ecclesia Surrina n. 2. de cens. poss. & pro. Rota coram Seraph. dec. 306. n. 5. & 7. & in res. dec. 295. n. 9. & dec. 303. n. 12. p. 10 & dec. 244. n. 12. p. 16.

